

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Capvt XXVI. In quo intelligentijs nudarum veritatum in intellectu disseritur,
docet eas in dupli esse differentia, & qua ratione se debeat in illis gerere
Anima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

C A P V T XXVI.

In quo de intelligentijs nudarum veritatum in intellectu differitur, docet eas in duplice esse differentia, & qua ratione se debet in illis gerere Anima

AD propriè appositiq; de hac nudarum veritatum Intelligentia, quæ intellectu confertur, loquendum, requirebatur profecto ut ipsemet Deus artiperet manum, calatumq; dirigeret. Scire siquidem te opto dilecte Lector vniuersam superare eloquentiam id, quod huiusmodi Intelligentiae in se ipsis sunt pro Anima. Sed quoniam ego non ago de illis hoc loco ex professo, sed solummodo ad instruendam ac dirigendam in illis Animam ad Diuinam yunionem; æqui bonique consolatur, si de illis compendiosè & nosodificatè, quantum ad propositum nostrum satis erit, differamus.

Hic visionum modus, vel ut aptins loquar, notiarum nudatum veritatum, est admodum ab eo diuersus, de quo vigesimo secundo capite sumus locuti, non enim eo riu sunt, quo corporeæ res ab intellectu conspicuntur, sed modus hic in hoc situs est, ut intelligantur ac videantur intellectu veritates Diuinæ, sine veritate de rebus, vel super rebus, quæ sunt, fuerunt, & erunt. Quod est spiritui Prophetico admodum conforme & consentaneum, quemadmodum fortasse postmodum explicabimus. Hinc notandum est istud notiarum genus, in duas species distingui. Quarum quedam eveniunt Animaæ circa Creatorem, aliae vero circa creaturas versantur, vii diximus. Et quamvis amba persuales sint animæ, voluntas tamen, quamilli adferunt Diuinæ; tantopere ex-

cellit, ut nibil possit reperiri cui conferri possint, neque verba suppetant, quibus dignè possint exprimi. Sunt quippe ipsiusmet Dei notitia & ipsiusmet Dei delitiae, cui uirat David, nihil simile; Non est qui simili sit tibi. Contingunt enim huiusmodi notitia direcchè circa ipsum Deum, sublimissimè sentiendo de aliquo ipsius attributo, nunc de eius omnipotenti, nunc de fortitudine, nunc de Bonitate, Dulcedine, &c. & quotiescumque haec intelligentia percipitur, inserit ingenerante Anima idipsum quod percipit sensit. In quantum enim est pura contemplatio, aduertit anima impossibile esse aliquid de eo effari, nisi forte aliquibus terminis ac locutionibus geneticis & vniuersalibus, in quas deliciarum bonorumque copia, quam ibi percipit, Anima ista patientem facit prouospere, non ita tamen ut per illa perfectè intelligi possit id, quod ibi Anima sensit & degustauit. Vnde David istorum aliquid expertus, verbis solummodo communibus genericisque illa declarauit dicens. *Indicia Domini vera*. hoc est, ea quæ nos indicamus & sentimus de Deo, & de virtutibus ac attributis eius in ipso experimur, vera sunt, iustificata in semetipsa: desiderabilia super attrum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & sauum. *De Mole*, quoque legimus, quod in sublimissima quadam notitia, quam illi de lein transitu quadam impertijt Dei; id quod sentiebat communibus dunitaxat verbis expesuit, transeunte enim Domino per eum in notitia illa magno cum imperio solo stratus, dixit. Dominator Domine Deus, misericors, & clemens, patiens & multa miserationis, ac verax. Qui auctoritate misericordiam in milia. Vnde apparet, quod cum nequiter Moyes id quod in Deo una sola notitia cognoverat,

Dua istarum notiarum seu intelligentiarum species.

noterat, manifestare, expressit illud, & quibus illis verbis eructauit. Et quamvis tam notitia istis fruitur Anima, soleat interdum in aliqua verba prorumpere, optimè tamen animaduertit, nihil se ex his quæ sensit, expressisse, videt enim nullo apto nomine explicari posse. Quare S. Paulus sublimi illa notitia Dei potius, non est conatus verbis illam propalare, sed tantum non licere de ea hominī loqui dixit.

Divinae istæ notitiae, quæ circa D E V M versantur, nunquam sunt de rebus particularibus. In quantum enim circa supremum Principium occupantur, non possunt in particulari verbis efferti, nisi forte lese extenderet, hæc cognitio ad aliquam aliam veritatem D e o minorem, quæ aliqua ratione explicari possit, sed notitiae illæ Generales, nullo modo.

Itas vero sublimes amores, que notitiae nulla consilii valent Anima, nisi que iam ad unionem cum D e o pertinet; cum ipse ad unionem iam pertinet, tam in quadam attactu, qui inter Animam & veritatem Diuinam sit, constitutæ, quare ipsam D e u s et ille, quiibi percepitur & degustatur; & quamvis non ita claram manifesteque, sicut in gloria, nihil secius tamen adeò sublimis excellus que est attractus notitiae & suavitatis, ut intimas qualque animæ medullas peruadat & penetret: neque potestibi daemon se interponere, neque simile quid communisci (nihil quippe simile, cuique conferri valeat reperitur) nec demum similem suavitatem ac voluptatem infundere: notitiae siquidem illæ Diuinam aliquo modo essentiam, & viam aeternam sapient. D e m o n autem nullo pacto, tem tantopere eminentem fingere potest. Posset nihilominus veluti

Nec illas
Demon
fingere
valer.

simia aliqua, apparenter obtrudere, representando Animæ, magnitudines qualiter & laretates, repletionesque admodum sensibiles, omnem mouendo lapidem vt persuadeat Animæ, illud vere ipsum esse D E V M; non tamen facere potest, vt haec ipsius commentaria intima Animæ penetralia peruadant, illamque renouent, & subitaneo amore inflament, quemadmodum solent diuinæ.

Reperiuntur enim quædam ex iis notitiae & tactus, quos D e u s in ipsa Animæ substantia perficit; qui taliter illam locupletant & ditant, vt non solum unus illorum, ad auferendas vnae imperfectiones aliquas, quas ipsis tota vita sua decursu eliminare nequiebat, satis sit; sed etiam eam virtutibus a donationis Diuinis affatim repleat. Sunt vero tactus isti adeò suaves, adeoque intima volupte perfundunt Animam, vt vno de illorum, vniuersos totius vitæ suæ labores & dolores, licet illi essent innumerari, bude remuneratos arbitretur: redditurque inde tantopere magnanima, & propter D E V M multa patiendi auida, vt singulariter affligatur quotiescumque se non multa pati anima duerit.

Ad sublimes istas notitias nequit Animæ cooperatione aliqua sua vel imaginatione pertingere: vt enim diximus, sunt illæ super omnia ista; vnde etiam absque habilitate aptitudineque Animæ effici illas D e u s in ipsa. Hinc est, quod non nunquam eum minus illa cogitat, minusque eos exceptat, consuetus D e u s istos diuinos tactus illi concedere, per quos in ea quædam reminiscencias seu comminationes Dei efficit. Et istæ interdum subiraneæ in ea producuntur, reducentib; in memoriam Animæ res aliquas, interdum etiam minimas. Sunt autem tantopere efficaces, atque sensibiles, vr-

Ad sublimes istas notitias nequit Animæ cooperatione aliqua sua vel imaginatione pertingere: vt enim diximus, sunt illæ super omnia ista; vnde etiam absque habilitate aptitudineque Animæ effici illas D e u s in ipsa. Hinc est, quod non nunquam eum minus illa cogitat, minusque eos exceptat, consuetus D e u s istos diuinos tactus illi concedere, per quos in ea quædam reminiscencias seu comminationes Dei efficit. Et istæ interdum subiraneæ in ea producuntur, reducentib; in memoriam Animæ res aliquas, interdum etiam minimas. Sunt autem tantopere efficaces, atque sensibiles, vr-

B. Iannini's Crucis

Opera Mystica

NIT

.12.

Quam sit iorum attractum efficacia?

aliquando nō solum Animam, sed ipsum etiam corpus, faciant contremiscere. Aliás verò in spiritu admodum tranquillo absque tremore vlo, cum sublimi quodam voluptatis & suavitatis sensu, ac sp̄itus refocillatione, eueniunt.

Aliquando etiam in verbo aliquo, vel dicto vel audito, siue illud sit ex sacris literis, siue aliunde de promptum continentur; non tamen eiusdem semper sunt efficacie & suavitatis, multoties enim in valde remissō gradu contingunt: verū licet maxime sint remissi, maioris certè valoris estimationisq; est vnica commonefactio tactusq; huiusmodi à Deo. Animæ concessus, quām plures alia creaturarum ac operum Dei notitiae ac considerationes.

Qualiter se anima in notitijs istis gerere debet?

NOTA. In notitijs istis non se debet anima negare sine habe-

*Praestans-
tissimum
medium
ad Tactus
istos Diuini
fauores no-
concedun-
tur ani-
mab. pro-
prietarijs.*

Quoniam vero notitiae istæ subitanæ ac derepente (sicuti diximus) & absque liberi arbitrij assensu tribuuntur Animæ, non est, quod illas adipisci conetur vel non conetur, sed se humilem resignaramque circa illas, exhibeat. Dei enim opus suum, quomodo & qualiter illi placuerit; perficiet. In istis porto notitijs, non dico ut se habeat Anima, negatiuē, quemadmodum in ceteris apprehensionibus: nam (sicuti hoc loco diximus) ipse sunt unius pars, ad quam dirigimus Animam. Ad quem etiam unionis Diuinæ consequendum finem, docuimus illam sc̄le à ceteris omnibus notitijs denudare, ac abstrahere. Praestantissimum verò medium ad obtinendos à Deo huiusmodi tactus & notitiae debet esse Humilitas, & Dei amore pati cum resignatione, & sine omni retributionis intuito. Huiusmodi siquidē fauores non conceduntur Animabus proprietarijs, prouenient enim ex singulari admodum dilectione Dei erga Animam, cum etiam reciprocè diligat eum Anima purissimo Amore, nulloq; commodi pro-

prii respectu permixto. Et hoc est illud quod Dei filius significare voluit per S. Ioannem quando dixit. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.* Quibus verbis notitiae tantusque (de quibus loquimur) quos Deus Animæ in veritate diligenti exhibet, & manifestat, continentur.

Secundus notitiarum vel visionum modus, veritatum videlicet interiorum, plurimum ab eo, de quo disputauimus, differt, ed quod circa ea, quæ Deo sunt inferiora, versetur. In isto notitiarum modo, veritatem utrū in se sunt cognitionis, nec non eorum, quæ inter homines, aguntur & eueniunt; continetur. Est autem huius modi naturæ hæc cognitionis, quod quando confertur Anima istatum veritatum notitia, adeo illæ in intimis eius imprimuntur, absque eō quod aliquis quidpiam ei dixerit; vt licet contrarium dici afferique audiat, nullo pacto interiorum assentum illi præbere valeat, licet etiam sibi ipsi vim inferat ad contrarijs assentendum: invenitur enim & cognoscit aliquid aliud spiritus ipsius, in eo, quod illi spiritualiter fuit repræsentatum, estque ei perinde ac hilid clare cerneret; potestque res hæc ad Spiritum Prophetarum, vel ad illam gratiam quam S. Paulus *Donum discretionis Spiritus.* appellat, reduci. Quamvis autem adeo certò & indubitate constet illud Animæ (vti diximus) non potest tamen non sequi id, quod spiritualis eius Magister iussit, etiam si illud plurimum illi, quod ipsa percipit & sentit, repugnet, vt possit hac ratione dirigi Anima in fide ad unionem Diuinam, ad quam potius tendere debet, credendo quām intelligendo.

Extant vtriusque rei liquida manifestaque in Diuinis literis testimonia. De particulari etenim cognitione, quæ de rebus haberi potest, hæc protulit verba Sapientie.

Ipse

ipso enim dedit mihi horum, quae sunt scientiam rerum, et scienciam dispositionem orbis terrarum, & rotatitudinem eorum, & motum & consummationem, & medietatem temporum, vicissitudinem, per mutationes, & commutationes temporum, annos, cursus & stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & rictutes radicum, & quaecunque sunt absconsa & improuisa didici. Omnia enim artifex docuit me Sapientia. Quamuis autem ista omnium rerum notitia, quam se hoc loco à Deo accepisse fateretur Sapiens, generalis fuerit & infusa; eodem tamen testimonio vniuersa notitia, quas particulariter Animabus Deus via supernaturali, quando ipse voluerit, infundit, sufficiet comprobantur. Non quod illis largiatur Deus generalem sciētiam habitum, quemadmodum rerum, quas recensimus, latitantes. Salomonem, sed manifestando illis interdum veritates nonnullas, quarumcunque rerum istarum, quas hic Sapiens enumerat.

Quamquam verum sit, Dominum notitum infundere etiā pluribus animabus, multarum rerum habitus, nūquam tamē adeo vniuersales sicut Salomoni, sed sicut habitus isti, secundum differentiam illarum donorum, quae S. Paulus recenset, & quae diuidit Deus prout vult, inter quae numerat Sapientiam, Scientiam, Fidem, Prophetiam, Spirituum discretionem, intelligentiam Linguarum, declarationem Sermonum. Quae vniuersalitatem notitiae dona sunt infusa, quae gratis confert Deus cui voluerit, sicut ea sanctis Prophetis & Apostolis, & alijs Sanctis largitur.

Verū id quod nunc assertimus est, praeter illas gratias gratis datas, solere personas perfectas vel certe illas, quae iam in via perfectionis progressum faciunt, crebriō admodum & ordinare illustrati præsen-

tiumque veletiam absentium rerum notitiā habere: quas mediante luce quam in spiritu iam illuminato purgato recipiunt, agnoscunt. Quia de te intelligere & explicare illa Proverbiū verba possumus, scilicet. *Pr. 2. 21.* *Quomodo in aqua resplendet vultus prouidentium, sic corda hominū manifesta sunt prudentibus.* illis scilicet, qui adepti ī sunt sapientiam sanctorum: quam hic sacra litera Prudentiam appellant. Ad eundē quoque modum huiusmodi illuminati spiritus, alias etiam interdum res agnoscunt, licet non quandocumq; illis libuerit: hoc enim eorum duntaxat est, qui huius notitiae habitum consecuti sunt; sed nec isti semper agnoscunt omnia, hoc siquidem sit, sicuti placuerit Deo fauorem illis impendere.

Hominis:
Spirituum purgatum adepti, facile agnoscant, quae in aliorum cordibus geruntur, & quare? Scindum tamen est, homines istos, qui spiritum purgatum adepti sunt, multo faciliter (quamvis quidam plus ceteris) cognoscere ea, quae in cordibus spirituque interiori aliorum geruntur, inclinationes quoq; & talenta eorum, & hoc ex indicijs externis, licet interdum minimis, exempli gratia ex verbis, nutibus, alijsque demonstrationibus. *Quemadmodum enim Dæmon istud idcirco præualet, quia spiritus est: ita etiā hoc ipsum potest spiritualis homo iuxta Apostoli dictum.* *Spiritus I. Cor. 2. 15* *lauterum, Spiritus omnia iudicat: Et iterum, Spiritus ibidem.* omnia scrutatur, etiam profunda DEI. Unde etiam si, secundum naturā ordinem nequeant spirituales homines aliorum cogitationes interioraque agnoscere; per supernaturalem tamen illustrationem, ex indicijs optimè ea possunt perspecta habere. Et licet in cognitione ex indicijs deducata multoties possint decipi, pluries tamen veritatem attingunt. Neutri tamen horum fidendum est, dæmon siquidem (sicut iam dictum sumus) solet se rebus istis maximopere magraque cum

Huiusmodi de alienis factis & cogitationibus notitia, regi semper & reputari debet ut sit.

B.
Iohannis
Crucis

Opera
Mystica

NIT

128

subtilitate immiscere ac interponere: quā obrem repudiari, & reijci semper debent huiusmodi intelligentia vel notitia.

Quod autem eorum, qua ab hominibus geruntur, & quā illis contingunt, possint spirituales etiam absentes notitia habere, probatur libri quarti Regum testimonio, vbi cum Giezi minister Nostri Patris Sancti ELISAEI celate vellat pecuniam quandam à Naaman Syro acceptam dixit ELISAEVS. Nonne cor meum in presenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tuus? Quod sit, spiritu res intuendo, ac si in præsentiarum agerentur. Idem etiam ex eodem libro demonstratur, vbi de eodem Propheta legitur; quod cognoscens quidquid Syriae Rex cum suis Principibus in secreto recessu loqueretur, nunc iabat illud Israelitico Regi: quamobrem cassa irritaque ipsius consilia euadabant; adeò ut animaduertens Rex Syriae vniuersa sua consilia Regi Israel patere, dixerit tuis. Quare non indicatis mihi, quis proditor mei sit apud Regem Israel? Tuncque illi vaus seruorum eius dixit. Nequaquam Dominem mihi Rex, sed ELISAEVS Propheta, qui est in Israel, indicat Regi Israel omnia verba, quacunque locutus fueris in conclavi tuo.

Vtraque notitiarum istarum evenit etiam Anima passiuē sese habenti, & absque illa ipsius cooperatione. Continget quippe, quod manente Anima valde à cogitatione alicuius rei aliena; obiciatur illi in spiritu vita eorum, quā audit legitq; intelligentia, clatior etiā & manifestior multo, quam ipsa verba sonant; interdum etiam hoc accedit, licet verba ipsa minime intelligat, & ne quidem si Latina sint an non sciat; repræsentatur tamenei, eorū notitia verbis non intellectis.

Multa disenda occurrent de fraudibus & deceptionibus, quas potest dæ-

mon machinari, & de facto machina-
tur in hoc notitiarum ac intelligentiarum
modo, incredibilis profecto & occultissimi
sunt laquei & deceptions, quibus
hic veitur: in quantum videlicet fugi-
tionibus suis repræsentare Animæ multi-
tas intellectuales notitias potest, vtiendo
ad hunc finem sensibus corporeis; adeo
que illas vehementer imprimit, vt om-
nino aliter se rem non habere appa-
reat: & nisi humiliis ac circumspecta fue-
rit Anima, mille illi dubio procul, inge-
ret & periuadebit mendacia. Dæmonis
siquidem suggestio, magnam interdum
vim facit animæ, tunc maximè, cum ali-
quatenus de debilitate sensus participat,
in quo dæmon cum tanta efficacia, vi-
periuadet, stabilitate que notitiam im-
primit; vt multa tunc oratione & violen-
tia ad illam expellendam indiget ani-
ma. Solet enim aliquando falso & magna
cum claritate aliena peccata, nec non do-
prauatas conscientias & animas manife-
stare, rotundumque hoc facit, vt illas infameret
& exciter in eis desiderium illa propalan-
di, vt sic multa committantur peccata, ze-
lum etiam in Anima accedit, illique
persuadet hæc omnia ad hunc fieri fi-
nem, vt ista Deo precibus commenden-
tur. Nam licet ambigere nō liceat, Deum
interdum animabus laudes proximorum
sutorum necessitates repræsentare, vt ipsi
eas illi commendent, vel aliquod illis re-
medium adferant, quemadmodum legi-
mus manifestasse Hieremias infirmitatem
Prophetæ Baruch, ad hoc, vñ illi circa eā
doctrinam instructionemque præberet;
plurimis tamen vicibus facit hoc dæmon,
idque falso vñ alios peccati infameret, vel illos affligat, quā tes multis nobis experi-
mentis constat. Alijs quoq; vicibus, alias
inserit & imprimit notitias, inducitq; ad
credendum eas.

Yniversæ notitiae istæ siue proficiscantur à Deo, siue non, exiguam admodum adferre possunt Animæ vilitatem, quantum spectat ad eam in itinere ad Deum promouendam, si præsertim Animæ illis ut & inhætere voluerit, imò nisi adsit sollicitudo, curaque illas abnegandi, non præpendent duntaxat illam, sed graue etiam dānum adferrent & in multos præcipitabūt errores. Omnia siquidem inconvenientia & pericula, quæ reperiri posse docuimus in supernaturalib us apprehensionibus, de quibus hucusque regimus, & multo plura, insitum quoque inueniri possunt. Quapropter non ero hoc loco in ijs prosequendis fulsor, cùm in præteritis sufficientē præbuerimus doctrinā; supereft, vt serio admoneamus, vt magna cura diligentiaque abnegentur, desiderando ad Deum pergere potius per ignoratiā; semperq; suo Cōfessatio vel spirituali Magistro omniū ratio reddatur, & fideliter illi semper & in omnibus obtemperetur. Porro Magister admodum leui passu Animam per eas faciat transitę, efficiatq; ne illis immoretur aut inhæteat, cum nullius illi sint momēti ad suum ad Unionem iter peragendum: cum vii monuimus, rerum istarum, quæ passim Animæ tribuuntur, semper remanent in ea effectus, quem Deus voluerit. Vnde non iudico aliquid referre, vt hoc loco recenseamus effectum, quem vera producent notitiae, quem etiam malæ & false hoc enim esset in vanum defatigare lectorem, & nunquam hanc tractationem absoluere: effectus siquidem istarum non præssunt ad compedium: ledici doctrinam. Cum enim notitiae istæ multæ sint, & admodum varia, etiam tales sunt, earum effectus. Datoque, bona semper bonos effectus, ad bonumq; finē destinatos producere, malas vero itidem malos, & ad finem improbum; satis dicendo dum-

CAP V T XXVII.

In quo de secundo Reuelationum genere, detractione videlicet vel manifestatione arcanorum, & occultorum mysteriorum agitur. Docetur etiam, quanam ratione vsui esse ad Unionem cum Deo, & quaratione illam præpedire possint, & qualiter demon hac in parte grauitate decipere potest.

Secundum Reuelationū genus dicebamus esse arcanorū, & occultorū mysteriorū manifestationē. Hæc itaq; dupliciter cōtingere potest. Primus modus circa Deum vt in se est, versatur: & in hoc, reuelatio mysterij Trinitatis Sanctissima, Dei que vnitatis continetur. Secundus vero circa id, quod est Deus in operibus suis, occupatur: & in hoc, cæteri sanctæ nostræ Catholicæ fidei articuli, nec non propositiones veritatum, quæ ex illis explicitè deduci elicique possunt comprehenduntur. Sub quibus propositionibus, magna multitudo Propheticarum reuelationum, promissionum, comminationumq; diuinarum, & aliarum rerum, quæ futuræ erant, & adhuc sunt futuræ, continetur. Possumus præterea ad hunc secundum reuelationum modum, alias plures particulares eventus reducere, quos ordinariè reuelat Deus, tam circa totum mundum, in genere, quam etiam in particulaři circa Regna, Provincias, Status, familiias, personas deniq; singulares. Quarum rerum abundè nobis suppetunt in sacris literis exempla, præsertim in Prophetarū omnium scriptis, in quibus omnesisti reuelationum modi repetiuntur. Quæ cura manifesta obviaque sint, nolo in ijs hoc

O 2 con-

Hæc area
norū ma-
nifestatio
dupliciter
euenire
potest.

B.
Iohannis
Crucis

Opera
Mystica

NIT

128